

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 02 : De Oreste

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[119\] : De Oreste](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 02 : De Oreste](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 03 : D'Oreste](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 02 : D'Oreste](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 02 : De Oreste, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/939>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 267v°-269r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Oreste](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

sociorum Vlyssis, qui utrem recluserunt multorum & laborum & calamitatum fuisse originem. Ibidem quā necessaria sit Imperatoris vigilancia ostenditur, cum neque tantillum quidem ab administratione rerum ad communem omnium salutem pertinacium, recedere licet. Quamvis plerisque nō ad publicam, sed ad propriā utilitatem res publicas gubernare nunc mos est; qui neglecto humanitatis & aequitatis iure illud rātum quod sibi conferat, legitimū esse arbitrantur. Deinde significatum fuit per hęc virtuē bono necessariam esse omnino prudentiam & rerum futurarum quasi diuinationem quandam, & præcognitionem, cum sciscitatum de rebus futuris vel inferos adierit. At vero non sufficere vites humanas ad superanda pericula, vel titillationes voluptatum, ad quas obstupescit humanum ingenium, facile monere potest Mercurii munus, quod datum est Vlyssis aduersus omnia veneficia. Cur inter suauissimos Sirenum cantus, vel aures obturari, vel ad malum alligari conuenit? quia aduersus illegitimarum voluptatum illecebras vel furdos esse, vel rationi firmissime alligatum obtemperare omnino opus est. Cur socii nauis igne fulminis & celestis confiagrande ubi Solis greges macravissent, eo Deo neglecto in mari perierunt, ac solus Vlysses eus sit? quia nemō impune denique religionem parvifacit, cum innocentes semper Deus protegat & adiuuet. Hie idem modo nudus & ad litus cinctus inter frondes larvir, modo auri & argenti diues multis acceptis sociis & muneribus in patriam dormiens exponitur ob fortunę vicissitudines, quas virum sapientem & quo animo perferrere opus est. Hie idē sumpto mendici habitu consilio Palladis post omnes procos eos tranquillus in patria fuit, quoniam viri boni & mali eundem habent ortum, & exitum vitę, omnes enim mendici & nudis nascuntur ac moriuntur. In illo igitur habitu superatis denique & extinguis libidinis, voluptatumque omnium stimulis, qui proci sunt animis nostris, in patria, in piorum locis, in Deorum cœcilio felicissime viuimus. Quare, si quis vel illa monstris, quae dicitur Vlysses perdomuisse, alicubi extitisse credat, vel si extitissent tam dispersa, ad illa omnia Vlyssem fuisse delatum, is nimium rerum antiquarum scriptoribus pro quadam simplicitate credit, & à veritate omnino valde delirat. Sin hęc omnia ad mores, vitamque mortalium recte instituendam excogitata putet, mecum plane sentit; cum omnia hęc ad omnes fortunę euentus sapienter ferendos non mediocriter pertinet. Atq; de Vlyssie ita breuiter, nunc de Orestie dicatur.

De Orestie.

Cap. 11.

Orestes autem fuit Clytemnestra & eius Agamemnonis filius, qui summus Imperator fuit Gręcorum, ubi Gręci ad Troiam militarent, quem alii dicunt in conuiuio cum domum post id bellum rediisse, alii in balneo una cum nonnullis viris illustribus per infidias Aegisthi fuisse cęsum. Fuerunt Orestes patruulum domi cum matre relictum fuisse, quo tempore Agamemnon ad bellum Troianum nauigauit, ubi cantorem custodem & admonitorem Clytemnestra reliquit. At Aegisthus Clytemnestra' desiderio captus cantore clam per infidias in insula deserta obtuncato, illa denique potitus est. Hie idem Aegisthus Agamemnone patre Orestis cęso filium quoque erat occisurus, nisi is ab Electra forore admonitus infidias sibi parauit Aegistho, fuga sibi salutem comparasset. Profugit igitur Orestes ad Stro.

Strophium principem Phocensium, qui sororem Agamemnonis in matrimonium duxerat, ubi ad daodecim annos commoratus, cum iam ad robustiorē etatem peruenisset, & paternę cōdis memor, & accepte ab Aegilitho iniuriae non oblitus, tanquam nuncius mortis Orestis ad Clytemnestram matrem admittitur: atq; Electra cōscia, quę data fuerat in matrimonium cuidam agricultorę, ne possent qui ex illa nasceretur ad regnum aspirare, matrem & Aegilithum eodem ferro obtruncauit in paternę cōdis vitionem. Id autem factum est ab Oreste non sine oraculi iullo, ut ait Eurip. in Oreste his carminib.

quidam dñeis p̄r t̄m̄t̄m̄p̄;

an̄l̄i p̄t̄m̄t̄m̄p̄;

et̄m̄t̄m̄, ap̄t̄m̄t̄m̄p̄;

Quid est opus narrare Ph̄eb̄i iniurias?

Matrem hic Oresti suadet illum quę edidit

Mactare; magnam quō retinet infamiam.

10

Fuerunt tamen qui dixerint Orestem non fuisse per id tempus apud Strophium, sed dum exularet à patria ē regno paterno eiectus, Argis primum potum fuisse, deinde cum magna Areadam manu Phocensium auxiliis freatum Sparte regnum occupasse: cui Lacedemonii haud quaquam iniuci patuerunt, qui Tyndari nepotem multo digniorem putarunt, cui parerent, qui Nicostratum aut Megapenthem quos Menelaus ē quadam serua suscep-
rat. His addiderunt Hermione, Menelai filiam nupisse Oresti, de qua na-
tus est filius Sisamenus, qui patri Oresti in regnum successit, ut ait Pausa in
Corinthiacis. Narrant Oresti post illam cōdem diem dictam fuisse apud
Areopagitas, ut sensit Nymphodorus ab Erynnibus vtricibus scelerum; ut
vero Dionysocles, à Tyndaro patre Clytēnēlēt̄; ut vero Amorgius Simo-
nides, ab Brigone Aegilithi & Clytemnestrā filia: in quo iudicio cū par es-
set vtrinq; suffragiorum numerus inuentus, absolutus fuit. Eo iudicio ab-
solucus Orestes Arex Minet̄ aram erexit, quam ita cognomento appella-
uit, quia Iperia sit precari, quod preces eius audierit. Nam eo insectantib-
us Erynnibus, ē patria ad id iudicium compulsus fuerat, quo tempore De-
mophon Athenis regnabat. cum enim nescio quo animi stimulo ob consciē-
tiā commissi facinoris vexaretur, ē patria ad Messeniam primū profugit,
qui locus distabat ferē septem stadiis à Megalipoli. Atque ibi primum fu-
riis correptus fuit, ut ait in Arcadicis Pausanias. Alii dicunt Orestem sibi ma-
nus alterius digitum hic abrolisse impatientem furoris, ubi nigre Furie sibi
obuix primum fuerunt, quę adeso digito mox sibi albe visę sunt, quare ad
se ipsum rediit. Hic in Macedoniam profectus oppidum condidit, quod vo-
catum fuit Argos Oresticum, & vniuersa regio Orestias, ut testatus est Stra-
bo libro septimo. Narrant Orestem Athenas per id tempus venisse, quo Le-
nya Liberi patris sacrificia celebrabantur, quę scripsit Apollodorus Athē-
stria fuisse antiquitus appellata, quasi floralia dixerim. cum igitur inter
sacrificia non admitteretur, utpote cōde matri pollutus, dicitur Pandion
hoc ex cogitasse; cum choam vini, (est autem illud mensurę nomen apud
Athenienses) dati singulis coniuis iussisset, imperauit singulis, ut suum bi-
berent, neq; ali⁹ de suo cuipiam infunderent, ut ex eodem craterē biberet
Orestes, ē quo iniciati essent, neque ex eorum vino; neque rursus grauitet
ferret, quod ipse solus seorsum ab aliis biberet. Atque inde Choum solē-
nitatis manasse eo ritu credita est. Neque vero istud ipsum sine oraculi mo-
nitu

10

30

40

Mythologiae

situ factum fuit, quod scriptit Eurip. in Iphigenia in Tauris;

aperte nec adiis esse

Iovi et Iovi in Idae Tauris.
et Iugos illas, hisa pueri pueri
aperiunt tauri, tauri in Tauris tauri
Tauri iugos tauri obierit, tauri
tauris tauri, aperte nec adiis tauri.

Primumq; nullus hospitium

10

Me cepit, inuisum velut Deis virum.

Qui me colebant, hi mihi hospitalia

Parare soli dona, mensam vna in domo:

Silentio præbere cuncta, quo forem

Nec particeps consilii ipse, nec poculi.

20

Enim uero cum postea oraculum sciscitatus esset Orestes, quo pacto posset
ab eo furore liberari, responsum tulit illud fieri non posse, nisi in Tauricam
regionem Scytharum proœcius Palladis statuam, quam illi eximè colebat,
abstulisset in Graeciam. Eo igitur cum accessisset in vincula à passotibus cum
Pylade conieetus, (nam Pyladem Strophii Phocensis filium, cum quo fuit à
teneris educatus, omnium profectionum, periculorumq; socium fideli-
mum
habuit.) ad Thoantem regionis Regem deducitur, ut de morte eius gentis
pro victimâ illi Dex mactaretur: deinde ad Iphigeniam ad templum missi
cum statua per noctem consensa nauicula omnes aufugiunt. Sed antequâ
inde soluerent Orestes comam lugubrem in Tauris depositum, quem ritum po-
stea detulit in Cataoniam, ut scriptum reliquit Phanodemus in libro septi-
mo rerum Atticarum, & Strabo libro duodecimo. Alii eten voluerunt
Orestem comam deposuisse antequam ad iudicium Areopagitarum acce-
sisset. Cum vero rediisset Athenas, Electram sororem Pylade in matrimo-
nium collocauit, e qua Pylades postea Medontem & Strophium filios suscep-
pit, ut scriptit Hellanicus Lesbius in primo libro rerum Aeolicarum, & Isa-
cius in Lycophronem. Fuerunt qui non procul à Megalopoli Orestem sa-
nitati restitutum crediderint, in loco quem Aeen vocarunt & Tonstrinam,
vbi comam torondit. Alii istud ipsum iuxta Gytheum saxonem contigisse me-
morant, quod ociosum vocarunt; super quo vbi sedisset Orestes, fuit ab in-
fancia liberatus, ut ait Nymphodorus Syracusius in *expedita* sue navigatio-
ne, & Paul. in Laconicis. alii tradidérunt illud iuxta Amianum montem con-
tigisse, vnde etiam mons ipse nomen accepit, cum prius Melanthius dice-
retur, ut ait Plutarchus in libro de fluminibus. Alii Palladis consilio Orestem
Argos adiisse, & Erinnys placasse inquiunt, quare ibi eius infanciam pla-
casit Eumenidibus deßisse. Cum igitur Athenas rediisset sanitati restitutus,

40

sorore data Pylade socio, Neoptolemo Achillis cesso, Hermionen vxoret du-
xit, de qua suscepit Tisamenum: vel, ut scripsit Isacius, ex Erigone Aegi-
sthi filia uxore docto Penthilum genuit, habitavitque Areadię vibem Ores-
tes, vbi a serpente ictus extremum vitæ suæ diem conclusit: cuius sepul-
chrum fuit apud Thyreates, ut scripsit Paul. in Arcadicis. Huic tāquam Deo
postea solennis ritus apud Taurenos fuit institutus, ut, cum Orestes in cel-
la quadam antequam expiaretur consilere iubetur, cum quo epulati sunt
qui iustitiae illi praefuerunt: ad eius rei sempiternam memoriam, illarum
polleri statim diebus in eodem loco cognitarent, vbi verò defolla fuerunt il-
la

Is placula laurum naram postea fuisse memorant. Sequentibus postea temporibus cum bellum grauissimum inter Tegeates Lacedemoniorumque exarseret, multis crudibus affectis Lacedemoniorum responsum est ab oraculo presentes calamitates cessaturas, si ventos & percutientem ac percussum, hominumque pernitiem omnem remouentes, ossa Orestis inuenissent. Lichas igitur Lacedemonius cum Tegeam peruenisset, erant enim tunc federis iure ossa pacata in ciuitatibus, atque fabri xerari officinam esset ingressus ibi inueniri posse ossa Orestis in memoriam venit, quia ventos fulles oraculum appellasset; percutientem, maleum, percussum, incudem; hominum perticiem, ferrum; quo in praeliis cedendis hominibus vni fuissent. atque sepulta fuisse postea Orestis ossa memorant iuxta Parcarum fanum in sepulchro Agamemnonis, ubi insi sunt Tegeatæ ab oraculo illa sepelire, ut ait Paus. in Laconicis. Atque haec illa sunt, quæ de Oreste ab antiquis memorantur. Quod hæc ad historicam narrationem referenda sint omnia propæ, nemini dubium esse arbitror. at quod ita fuerit Orestes a Furiis exagitatus ob parricidium, quod vel iussu oraculi commiserat, illud solum nobis est considerandum. Dicunt haic visas fuisse Furias, quæ ardentes faces assidue illius oculis obiicerent, & quibus semper terrore horribili afficiebatur, per quas neque diurno neque nocturno tempore quiescere licebat. hanc animi molestiam, atque adeo hunc mentis furorem, conscientiz stimulos fuisse cognit, quibus scelerum flagitorumque libi consci homines exagitantur: cum nihil magis animum assidue torqueat, quam præteriorum flagitorum memoria, quod ita testatur Cicero in Oratione pro Roscio Amerino; Nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui: aliquid impie scelerateque commiserint, agitari, & perterriti Furiarum tredis ardentes. sua quemque trahit, & suus error maxime vexat: suum quemque seclus agitat amentiaque afficit; suæ malæ cogitationes, conscientizque animi terrent. Hæ sunt impius assidue domellitæq; Furæ, quæ noctes diesq; personæ præteriorum peccatorum à cōsceleratissimis hominibus repetunt. Nam cum nihil magis quam præteriorum scelerum recordatio animum infester, cum nihil magis hominum quieti, & tranquillitati confert, quam integratæ opinio, & nullus fraudis sibi esse consilium; quod per hanc fabulam antiqui significarunt. at nunc de Chimera dicamus.

De Chimera.

Cap. III.

Chimera monstrum illud celeberrimum apud antiquos, Echidnæ ac Typhonis filia fuisse dicitur, ut scripsit Hesiodus in Deorum ortu, ubi loquitur de Echidna in his;

Ἄλις χειραπέτεια τηνίτας ἀμφικέχειτο πῦρ,
Δαίδαλος μούλαι τελείσθετο πρετερότε.
Τεῖσθε τρίοι καρδάναι, πᾶσα μή χρηστοί δίκτενται,
Εἴδος χιλίηρις, τοῖς οὔγεσσι προτερόν εργάζεται.
πετρῆς λέον, λέοντος τὸ Ιπέριον, πιάτης τὸ χιλίαριον,
Δαίδαλος αὐτοκαταστρέψας πάντα στρατιώτας.

Tum parit indomitas spirancem ex ore Chimoram
Flamas, ingentem, celerem, fortemq; , grauemq; .
Huic tria erant capita: primum fuit acre leonis,

Yyy Aft

40